BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



hortatio enim nostra non de errore neque
de immunditia neque in dolo sed sicut
probati sumus a deo ut crederetur
nobis euuangelium ita loquimur non
quasi hominibus placentes sed deo qui
probat corda nostra. Neque enim aliquan
do fuimus in sermone adulacionis
sicut scitis neque in occasione auaritie
deus testis est neque querentes ab ho
minibus gloriam neque a uobis nec ab
eum possemus uobis oneri esse ut xpi
apli sed facti sumus paruuli in medio
uestrum tamquam si nutrix foueat fili
os suos ita desiderantes uos cupide uo
lebamus tradere uobis non solum aut
euuangelium dei sed etiam animas et
nostras quoniam carissimi nobis facti
estis. Memores enim estis fratres la
boris nostri et fatigacionis nocte et die
operantes ne quem uestrum graua
remus predicauimus in uobis euua
gelium dei uos testes estis et deus quam
sancte et iuste et sine querela uobis qui
credidistis locuti fuimus sicut scitis
qualiter unumquemque uestrum tamquam
pater filios suos deprecantes uos et
consolantes testificati sumus ut am
bularetis digne deo qui uocauit uos
in suum regnum et gloriam. Ideo et nos
graciam agimus deo sine intermissione
quoniam cum accepissetis a uobis uer
bum auditu dei accepistis illud non ut
uerbum hominum sed sicut est uere uer
bum dei qui operatur in uobis quod cre
didistis. Vos enim imitatores facti estis
fratres ecclesiarum dei que sunt in iu
dea in cristo ihesu quia eadem passi
estis et uos a contribulibus uestris
sicut et ipsi a iudeis qui dominum ceci
derunt ihesum et prophetas et nos
persecuti sunt et deo non placent et om
nibus hominibus aduersantur pro
hibentes nos gentibus loqui ut sal
ue fiant ut impleant peccata sua sem
per. Peruenit enim semper ira dei super illos
usque in finem. Nos autem fratres desolati
a uobis ad tempus hore aspectu
non corde habundantius festinauimus
faciem uestram uidere cum multo
desiderio quamquidem uolumus uenire
ad uos ego quidem paulus et semel
et iterum sed impediuit nos satha
nas. Que est enim nostra spes aut gau
dium aut corona glorie. Nonne uos
ante dominum ihesum cristum estis in
aduentu eius. Vos enim estis gloria
nostra et gaudium. IIII

Propter quod non sustinentes
amplius placuit nobis rem
arere athenis solis et misi
mus thymotheum fratrem uestrum
et ministrum dei in euuangelium
cristi ad confirmandos uos et ex
hortandos pro fide uestra ut nemo
moueatur in tribulacionibus istis.
Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus
nam et cum apud uos essemus
predicabamus uobis passuros sicut
uos sicut factum est tribulaciones
et scitis. Propterea et ego amplius non
sustinens misi ad cognoscendum
fidem uestram ne forte temptauerit
uos is qui temptat et in anis fiat
labor uester. Nunc autem ueniente thy